



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De hospitalitate ac fraterno amore. cap. xcix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANNI DAMASCENI

simile. afferit afflictio. Quemadmodum enim fornax nullo incommodo aurum afficit: eodem modo calamitas nullam forti viro pernicie infinit. Quidna fornax auro puro facit? Quid item afflictio patienti anima eam ferent? Imo vero sublimorem eum reddit.

Basil. Commutationes ac pacta huiusmodi noscum cum Domino sunt. Etenim pro flagris, que corporibus nostris infliguntur, splendida uestis nobis efflorescit: pro ignominia, corona: pro carcere ac vinculis, paradisus: pro condemnatione cum facinorosis hominibus, angelorum societas.

Nili. Patientiae stude, per quam martyres exercitatos esse comperimus habemus.

De his qui res aduersas minime sustinent, verum animi imbecillitate G laborant. CAP. XCIII.

Pro. V 1 pusillanimis est, admodum stultus est. Pusillanimem virum quis sustinebit?

Ecli. 2. Vae his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias regias. Et quid facient, cum inspicere cceperit Dominus?

Basil. Si aduersus coniunctorem ira affectus fueris, ipsius probra confirmasti. Quid enim ira stultus? Si autem ab ira immunit manseris, eum, a quo contumelia lacefatus es, pudore atque ignominia affectisti, reipsa nimis pudicitiam ac temperantiam praferens.

Reg. 16. Oper pretium est igitur nos optimorum exemplorum recordatione furiosum ac vacuum animae motum compescere: id videlicet nobiscum reputantes, quam leviter ac placide beatius David contumelias ac debacchationes Semei pertulerit. Non enim iracundiae spatium sese mouendi dabit, cogitationem suam ad Deum transferens. Dominus enim, inquit, precepit Semei ut malediceret David. Quo factum est, ut cum audiret, Vir sanguinum & flagitiose, non illi succenseret, verum seipsum deprimeret, tanquam meritum contumelias impetus. Duo porro ista a te amputa, hoc est ita te compara, ut nec te ipsum ullam re ampla dignum censes, nec hominem ullum dignitate longe te inferiorem esse existimes.

Remedia aduersus arrogantiam. Christus partim verbis, partim rebus atque exemplis patientiae viam nobis communistravit. Nam & haec ipsis verba sunt, Qui vult inter vos primus esse, erit omnium postremus: & ipse eum, a quo percussus est, placide ac sine ulla animi commotione pertulit. I Etenim is, qui coeli ac terrae conditor ac dominus est, qui ab omni mente praedita creatura adoratur, qui virtutis sue verbo omnia portat, non eum, qui sibi colaphum impegerat, viuum in infernum misit (dehinc ete videlicet impio homini terra) verum his verbis ipsum admonebat & erudiebat, si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cadis? Nam si iuxta Domini mandatum omnium postremus atque insimus esse assuecas, nunquam excandesces, tanquam contumelia indignè lacefatus.

Nili. Contemnere ac nolle sustinere, magnas ac varias calamitates afferit.

Iob. 2. Stultitia est impatientem, minimèque fortem ac tolerantem in variis temptationum generibus se præbere. Id adeo tibi persuadeat his verbis Iob, Quasi una de stultis mulieribus locuta es.

De hospitalitate ac fraterno amore. CAP. XCIX.

Gen. 18. PARVIT Deus Abraham in conuale Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso ferore diei. Cumque eleuasset oculos suos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas serum tuum: sed afferam paullum aqua, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbo-re. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, & postea transibitis.

Vene-

A Venerunt duo angelii Sodomam vesperè, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui *Gen. 19.*
cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram, & dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & manè proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, Minime, sed in platea manebimus. Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum.

Laban auditis sermonibus sororis, venit ad virum, qui stabat iuxta camelos, & *Gen. 24.*
prope fontem aquæ, dixitq; ad eum, Ingredere benedictè Domini: cur foris stas?

Aduenam non contrastabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in *Exod. 22.*
terra Ægypti.

Si habitauerit aduenæ in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non expro- *Levit. 19.*

B bretis ei: sed sit inter vos quasi indigena.

Vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: & dixit *Ind. 19.*
ad eum, Vnde venis? & quò vadis? Qui dixit ei, Profecti sumus de Bethlehem
Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ie-
ramus in Bethlehem, nullusque sub tectum suum nos vult recipere. Cui respon-
dit senex, Pax tecum sit, ego præbebo omnia que necessaria sunt: tantum quæso-
ne in platea maneas. Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis pre-
buit, ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuio.

Foris non pernoctabat extraneus: porta mea omni venienti aperta erat. *Iob.*

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: *Mat. 10.*
& qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

C Et cùm euassissemus, turc cognouimus quia Melita insula vocabatur. Barbari *Act. vii.*
verò præstabant non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pyra reficie-
bant nos omnes propter imbre, qui imminebat, & frigus. In locis autem illis e-
rant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benignè
exhibuit.

Charitas fraternalis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Per *Heb. 13.*
hanc enim inscientes quidam angelos hospitio exceperunt.

Fac diligenter hospites hosq; colas.

Ne hospitem asperneris. Quandoquidem nos quoque peregrini atque aduenæ sumus. *Nel. in Iamb.*

Fratrum potius, quam nostri ipsorum amore flagremus.

Hospes obligit, domo carens, ac peregrinus. Per hunc illum excipe, qui tua causa pere-
grinus est, idque in suis.

Cùm ad Sareptanam viduam Propheta se contulit, cùm fame laborans hospes ad esu- *Chrys.*
rientem hospitam accessit, pugilli farinæ fontem perennem reddidit: non beneficij quanti-
tatem expendens, sed hospitalitatis alacritati vicem ac mercedem rependens. Huiusmodi
quippe diuina gratia est: exigua capiens, magna largitur.

Peregrinus & pauper, Dei collyrium sunt: qui eos excipit, statim oculorum sanitatem do- *Enagr.*
nabitur.

Profectus est Elias in Sarepta Sidoniorum, & vidit mulierem colligentem ligna, & *3. Reg. 17.*

E dixit ei, Da mihi paululum aquæ, vt bibam. Profecta mulier attulit ipsi: ac bibit. Ac rur-
sum ait ad eam, Da mihi obsecro & buccellam panis, vt comedam. Quæ respondit, Vixit
Dominus Deus tuus, si quid mihi aliud est præter pugillum farinæ in hydria, & paulum
olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt
comedamus, & moriamur. Quid igitur Elias? Abi, inquit, & fac mihi separatum subci-
nericum panem, vt comedam: atque ita deinde facies filio tuo & tibi, & comedetis. Quid
agis Elias? Panem vis? & separatum queris? Non enim debes gratias agere, vt cum filiis
comedas. Tu comedere vis, & filiorum agmen fame strangulare? At vidua tamen haud-
quaquam conturbata est: nec dixit, Tu es, qui famam inuexisti: & vt in famis reliquiis nu-
triaris venis? Nec rursum his verbis vfa est, Tantumne terrarum orbem reliquisti, vt ad
me venires, ac liberos meos fame necares? Tu famis huic se auctor es: & a me alimentum
poscis? Verum, tanquam Abrahamica quadam mulier, domum ingressa, fecit quod Elias

D. IOANN. DAMASCENI

dixerat. Ac tum cernere erat viduam hospitalitatis lande ipso quoque Abrahamo superiorem. Nam ille opibus atque copiis affluens, angelos hospitio exceptit: hec autem vitam ac mortem offerens, hospitalitatis officium Prophetæ præstavit. Atque intueri licebat patram laborantem, ac penè oppressam, & tamen hospitalitatis munere perfungentem. Vides proiunctionis se viscera, ac Prophetam suscipientia? Vniuersam filiorum turbam sepulcrum mandauit. Quantum enim ad viduæ studium, animique inductionem attinet, illi extremū sarepta- diem obierunt. Haud equidem scio quibusnam laudibus viduam hanc efferre queam. Quo- ne vidua pam enim modo liberos contempnit, atque hospitalitatem coluit? Quoniam modo natura ipsa hospitali- iracundia non excanduit? Quoniam modo vulnera non immutata est? Quoniam modo viscera non fracta & dissoluta sunt, vniuersum filiorum gregem iam iamque fame interiturum cernentia? Verum his omnibus rebus superiorēm se præbuit, ac Prophetam hospitio exceptit. Posteaquām igitur accepit ac comedit Prophetam, deinceps vicem ipsi rependit. Hospitali- tatem vidua seminaruit: ac nulla interposta mora segetem pietate florentem missus. Quid enim ait Elias? Vinit Dominus, Hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non minuetur. Ita dextra viduæ manus torcular facta est, & sinistra area, & manipuli necessarij fructum suppeditantes, Prophetam nimis viduam sensim ac tenui victu alente. Torcula- ris & area in star viduæ dominus facta est.

De Dei misericordia & bonitate ac longanimitate: & quod satius sit in
Dei, quam in hominum manus incidere. C A P. C.

H exod. 34. OMINATOR Domine Deus, misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax.
2. Reg. 24. Sermo Domini factus est ad Gad Prophetam & Videntem Dauid, dicens, Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex eis ut faciam tibi. Aut septem annis veniet tibi famæ in terra tua: aut tribus mensibüs fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Dixit autem Dauid, Coarctor nimis: sed melius est, vt incidam in manus Domini (multæ enim sunt misericordia eius) quam in manus hominum. Immisitque Dominus pestilentiam in Israël de manè usque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo, à Dan usque Bersabee, septuaginta millia virorum. Cumq; extendisset manus suam angelus Domini super Hierusalem, ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem: & ait angelo percutienti populum, Sufficit: nunc contine manum tuam.
Psal. 7. Dominus iustus iudex, fortis & patiens, nūnquid irascitur per singulos dies?
9. 24. Secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Reminiscere miserationum tuarum Domine. Quam magna multitudine miserationum tuarum Domine!
30. Misericordia Domini plena est terra. Homines & iumenta saluabis Domi-
ne, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Et tu Domine
suavis & benignus, & multæ misericordia omnibus inuocatibus te. Et tu Do-
mine, miserator & misericors, patiens, & multæ misericordia, & verax. Miseri-
cors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.
Mich. 7. Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reueletur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proieciet in profundum maris omnia peccata nostra.
Naum. 1. Dominus patiens, & magnus fortitudine:
Esa. 46. Ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo.
42. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul. Non in sempiternum litigabo, neque usq; in finem irascar: nec vox iniustitiae conculcabit vos. Expandi manus meas tota die ad populum incre-
dulum,